

folio

ccxviii

uis aurea liquefacta. tunc colorum sacerdotum ad alexandriū imperatorē venerunt petentes ut dii irati sacrificijs placarent. Quia ergo offerrent subito celo sereno mane die iouis vino fulmine quatuor idolorum sacerdotes mortui sunt et ara iouis concremata est ita ut populus romanus fugeret extra muros. Audiens autem palmacius consul quod calixtus cum suis clericis trans tiberim latitaret. rogauit ut christiani per quos hoc malum contigerat ad purgationem ciuitatis penitus deleterentur. Palmacius itaque potestate accepta cum illuc cum militibus properasset. sed illi penitus excecari fuissent. tertius alexandrio hoc prius nunciavit. Tunc imperator iussit ut die mercurij omnis populus conueniret et mercurio immolaret. vrab'eo sup' h'ose' r'el'p'nsa acciperent. Quod uero fieret virgo quedam templi nomine Iuliana arrepta a demone exclamauit Deus calixti est verus et viuus deus qui nostris est pollutionibus indignatus. Quod audiens palmacius trans tiberim ad urbem rauenenfium ad sancti calixti accessit. et cum vxore et familia se ab eo baptisari fecit. Quod audiens impator eum accersit. Simplicitate fenatori tradidit ut verbis blandis eum moneret ex eo quod reipublice plurimum necessarius esset. Palmacio vero in teumis et orationibus perseverante venit ad eum quidam punitens quod si uxorem suam paraliticam sanaret continuo crederet. Quia ergo palmacius oraret illa sanata ad palmacium currit di. Baptisate me in nomine ihesu christi qui tenuit manum meam et alleuauit me. Tunc calixtus veniens ipsam cum viro suo et simplicitate et multis alijs baptisauit. quod audiens imperator iussit omnes baptisatos decollari. Calixtus vero. v. diebus sine cibo et potu manere fecit. Ille autem videns eum amplius confortari iussit eum diebus singulis fustigari. deinde per fenestram precipitari. alligatumque saxo in puteum precipitari. Asterius autem corpus eius de puteo eleuauit et ipsum in ciuiterio calipodij sepeluit.

De nomine prologus.
Leonardus odor proli dicitur a leos quod est populus et nardus que est herba terrens quod odore boni fame proli ad se traheret. vel leonardus quasi legens ardua. vel leonardus dicitur a leone. Leo enim quatuor habet in se. Primo fortitudine quam fortitudine ut dicit yfiro. habet in pectore et capite. Sic beatus Leonardus habuit fortitudinem in pectore per malorum cogitationum refrenationem. Et in capite per in sanabilem superiorum contemplationem. Secundo habet leo sagacitatem et hoc in duobus. scilicet in oculorum apertura cum dormit. et in teletone vestigiorum cum fugit. Sic leonardus vigilauit per laborem actionis et vigilauit dormiuit per quietem contemplationis et in teletone vestigiorum fugit totius mundane affectionis. Tercio habet victoriam in voce. quod eius vox tercia die suscitauit leuiculu nati mortui et omnem bestiam figere facit gradum. Sic leonardus multos mortuos in peccatis resuscitauit et multos bestialiter viuentes in operibus bonis firmavit. Quarto habet timorem in corde. quod fin yfiro. leo duo timet. scilicet strepitum rotarum et ignem accensum. Sic leonardus timuit et timore vitauit strepitum mundane sollicitudinis et timore in deum fugit. Et ignem terrene cupiditatis et id omnes thesauros oblatos contempnit.

De sancto Leonardo.

Leonardus fuit se dicitur circa annum domini. d. Dicitur a sancto remigio rementis archiepiscopo de sacro fonte leuatus. ab ipso salutaribus disciplinis instructus est. Quibus pentes primi in palatio regis fracie habebant. Dicitur tantam gratiam a rege obtinuit quod omnes incarcerati quos ipse visitabat penitus absoluebant. Cum igitur fama sanctitatis eius exercebat. rex multo tempore eum secum manere coegit donec oportuno tempore ei episcopatum donaret. quod ille tenuit et solitudinem desiderans relicto omnibus aurelianum predicando cum fratre suo Lifardo reuenit. ubi postquam in quodam cenobio aliquodiu vixerunt dum Lifardus